

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

IV. An causa Decimarum sit executiva, hoc est, an poſit incipi à præcepto,
deturque appellatio, nécne.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

51. QUINTA CONCLUSIO. Contra † advocates,
& alios detinentes & impedientes, ne decimæ solvan-
tur, similiter procedi potest summarie; ita Marant. l.
num. 174. Card. d. clem. n. 23. post Laud. licet Imol n. 8.

52 pro contraria sententia illum citer, cui † ipse adhæret,
ex eo, quod tunc non agatur immediate ad decimas,
sed ad interesse ratione decimarum, quod etiam sequi-
tur Capra, ubi sup n. 20.

53. SEXTA CONCLUSIO. Si quæstio sit † cum aliis
quo Priore rurali, qui excolebat aliquas possessiones
sui prioratus sitas in alterius parochia, & retinet ea-
rum decimas, quia inquit esse de dote ecclesiæ, juxta
cap. novum genus, de decim. secundum unum intelle-
ctum, quem tamen nos alibi reprobavimus, vel quia
sunt novalia propriis manibus culta, juxta c. ex parte,
sl. 1. de decim. & Rector petat eas decimas, tunc causa
est summaria, ut post Guil. Laud. d. clem. dispensiosam,
not. Imol. nu. 8. Card. nu. 24. Capr. num. 20. quoniam
contra hujusmodi religiosos est jus cōmune, c. 2. §. ce-
terū, de decim. in 6. Secus vero inquit Card. post Laud.
loco cit. si talis Prior intervertendo possessionem dicat
ad se jus percipiendi pertinere ex privilegio, vel præ-
scriptione, in quo tamen † contrarium, & verius tenet
Imol. & Capra loc. cit.

De decima Papali, aliisque casibus specialibus vi-
dere poteris apud Doct. cit. aliquid nos inf. cap. 9. q. ult.
55 in fin. Quid vero importet † causa summaria, & de
modo in ea procedendi recurrere ad clem. sape, cum ibi
not. maxime per Narr. de verb. signif.

QUÆRO QUARTO, An causa decimarum sit ex-
ecutiva, hoc est, An possit incipi à precepto, deturq; appel-
latio, necne.

PRIMA CONCLUSIO. In materia decimarum, si
56 Rector † agat contra subditum ad decimas non solu-
tas, incipi potest à præcepto cum monitione sub ex-
communicationis poena, ut intra tot dies solvisse de-
beat tantam summam decimarum Rectori; ita glossa
d. clem. dispensiosam, in vers. præmoniti, & post Laud.
tenet

4. Cap
iam d
Doct.
de deci
incipi
idem u
modo
pro de
S E
solutio
culare
homic.
d. q. ult

T s
solven
multip
decim.
ri, & R
16. ubi
par. 6. i
in quib
script. e
sionen
clausu
nobis, i
153. pr
causa c
d. c. tue
cus sol
& non
legata
tioner
potest
non il
divini
do, sec
ut adi

tenet Card. ibidem nu. 27. Imol. num. 10. Anchar. num. 4. Capr. num. 22. ubi etiam tradunt formam. Idem etiam de decimis in futurum solvendis, tradunt iidem Doct. locis citatus; & hoc est quod voluit Rebūf. d. tract. de decim. q. fin. num. 23. dum ait in materia decimalium incipi posse à p̄cepto, per c. pervenit, de decim. quod idem tenet Collect. in c. pastoralis, in fin. eodem. Quomodo vero excommunicatio possit ferri, vel fulminari pro decimis, fusius explicabo q. seq.

SECUNDA CONCLUSIO. Contra pertinaces in solutione decimalium † invocari potest brachium secularis; ita gl. d. clem. in verb. coērceri. per c. postulaſti, de homic. quam ibi sequitur inter ceteros Imol. n. 12. Rebūf. d. q. ult. n. 18.

TERTIA CONCLUSIO. Subditi cogendi sunt ad solvendas decimas † appellatione remota; tex. in c. ex 58 multipliſi, & c. tua nobis, ubi Abb. num. 8. & ceteri, de decim. & not. gloss. d. clem. diſpendioſam, in verb. coerced. & Rebūf. d. q. ult. nu. 21. Trivis. decis. Venet. 29. num. 16. ubi inter ceteros Imol. nu. 12. Marant. in ſpecul. aur. par. 6. tit. de appell. num. 304. poſt Specul. tit. de appell. §. in quibus, vers. 4. Marchesan. in tractat. commiff. ſeu reſcript. c. 4. nu. 15. & 25. par. 2. ubi etiam dicit, commiſſionem appellationis in cauſa decimalium detur cum clauſula, ſine retardatione. Sed quoniam gloss. d. c. tua nobis, in verb. tributa, Tiraq. in tract. de priv. pie cauſ. 153. privileg. & alii dixerunt, appellationem admitti in cauſa decimalium; Ideo diſtinguendum eſt cum Abb. d. c. tua nobis, num. 9. & aliis Doctoribus, quod aut laicus ſolum allegat præſcriptionem, vel coſuetudinem, & non admittitur appellatione, & ſic procedunt jura allegata; aut † allegat privilegium Papæ, vel compoſitionem legitimam, & admittitur, ſicque procedere potest dictum gloss. & ſequacium. Ratio † diversitatis 59 non illa eſt, quam affert Abb. loco cit. quia contra ius diuinum non admittitur præſcriptione, aut coſuetudo, ſecus autem fit in privilegio & compositione; Nam ut admittamus compositionem ab aliquo fieri poſſe,

Q. S.

etiam

etiam de iis quæ sibi debentur de jure divino, certe he-
que privilegium valer contra jus divinum, ut suprat.
§. concl. 2. demonstravimus, neque decimæ omnino de
jure divino sunt, ut sepius in hoc tractatu ostendimus;
sed illa ratio esse potest, quia favorabilius est privile-
gium, & compositio, & facilius probari possunt, quam
præscriptio, vel consuetudo.

QUARTA CONCLUSIO. Debitor decimarum

61 non potest † prætextu ejus, quod sibi debetur, decimus
denegare, cum in futuris decimis non admittatur co-
pensatio, ut post gl. in c. decima. 16. q. 1. & alios late tra-
62 dit Rebus. d. tract. q. ult. num. 19. Imo neque † proper
sterilitatem, ut fuse ostendit idem numer. 12. & Vivi. in
communi opin. 153. ver. consuetudo non solvendi.

QUÆRO QUINTO. Quibus pœnis afficiantur non
solventes decimas?

Omissis aliis pœnis, & incommodis, quibus affici-
63 untur † non solventes decimas, de quibus per Host. in
summa, tit. de decim. Doct. in c. fin. de decim. in 6. clem. I.
c. 1. & c. revertimini, 16. q. 1. & toto tit. ex eodem. Rebus.
d. tract. q. ult. & Andr. Hisp. d. tract. reg. decimarum. q.
2. & 9. Anast. Germon. in jam sapius alleg. tract. de sato.
immunit. c. 19. num. 100. & 101. & Petrus Greg. Tho-
los. in prælud. optimi Iuriscons probiq. magist. libr. 2. cap.
25. Ego contentus ero duabus pœnis canonicis excom-
municatione nimicum, & privatione ecclesiastica se-
pulturæ, de quibus aliquot constituam conclusio-
nes.

PRIMA CONCLUSIO. Non solvens decimas, cum

64 teneatur, excommunicari † potest, ac debet; tex. int.
omnes decimæ, 16. q. 7. c. statuimus, 16. q. 1. c. pervenit, c. ad
her, c. ex parte, il. 2. c. in aliquibus. & c. cum non sit, de de-
cim. clem. dispendiosam, de jud. & novissime in Concil.
Trident. sess. 25. o. 12. de refor. in quibus omnibus jur-
ibus cum pœna excommunicationis solum commina-
ta sit, neque alibi reperiatur ipso jure proposita, dicen-
65 dum † necessario est, non solventes decimas non esse
ipso jure excommunicatos, quicquid dicere voluerit

Rebus